

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Apostoli ab  
cum fonte primo

Litteris quas ad ciuitatem siue caput  
prouincie direxisti mira exhortatione uitam  
moralem continentes usque refecti sumus  
quos sensus non puto ex te dictos, sed per te.

Tanta enim maiestas earum est rerum,  
tantaque generositate callens  
ut uix suffecturas putem etates hominum  
quibus hiis instrui ut non dicam perfici possent.

Seneca epistola I. ad Paulum.

Certe quod tui praesentiam optauimus,  
et hoc scias volo: libello tuo lecto,  
id est de pluribus aliquas  
litteras quas ad aliquam ciuitatem seu caput  
provinciae direxisti mira exhortatione uitam  
moralem continentes, usquequaque refecti sumus.  
Quos sensus non puto ex te dictos, sed per te,  
certe aliquando ex te et per te.  
Tanta enim maiestas earum est rerum  
tantaque generositate clarent,  
ut vix suffecturas putem aetates hominum  
quae his institui perficique possint.

Pseudo-Seneca, *Epistolae Senecae ad Paulum et Pauli ad Senecam*, 1 (L. Bocciolini Palagi ed., p.67, ll.6-13).